Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38279
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



257

INCPT TRCTATVS DE PSALM XXXV

IN TENDAT CARITAS VRTEITVM

& mysteria psalmi huius. & curramus eū quia in multis locis apertus ē.
Vbi autem obscuritas necessitas nos in moveri coegerit tolerabilis fructus discendi.
DIXIT iniustus ut delinquat in semetipso. Non est timor dei ante oculos eius.
Non unum hominem sed genus hominum iniquorum dicit. Qui sibi
aduersantur non intellegendo ut bene uiuant non quia non possunt sed
nolunt. Quia aliud ē enim quando quisq: conatur aliquid intellegere
& per infirmitatē carnis non potest sicut dicit quodam loco scriptura quia corpus
quod corrumpitur aggrauat animam & deprimit terrena inhabitatio sen
sum multa cogitantem. Aliud autem quando pernicio sua agit aduersus seipsum
cor humanum ut possit intellegere si bona uoluntas acceder & non intellegat.
Non quia difficile ē sed quia uoluntas auersa ē. Hoc autem fit dum amant
peccata sua & oderunt praecepta dei. Sermo enim dei aduersarius tuus ē.
Si tu amicus sis iniquitatis tuae sermo dei amicus tuus ē. & aduersarius ini
quitatis tuae. Si ergo odisti iniquitatem tuam iungis te sermoni dei. &
erit tibi duo aduersus illam perimendam tu & sermo dei. Tu enim per te &
uiribus tuis nihil potes. Adiuuat te illequi tibi sermonem misit & uincatur
iniquitas. Si tu illam odisti & dei dimisit & eris liber. Si autem ipsam di
ligas. contrarium ē. tibi intellegere quid contra illam dicatur.
Ac hominem quaerere quomodo sit aequalis filius patri credidit. quaerit
intellegere nondum potest. Magna enim res ē. & uires maiores de
siderat. ut possit capi. & ē. initium fidei quod custodit animam donec ro
bore tur. Lacte nutritur ut perueniat ad habitudinem & firmitatem
cibi solidioris. ut possit intellegere. In principio erat uerbum & ue
rbum erat apud dm & deus erat uerbum. Antequam hoc possit nutri
tur in fide & conatur intellegere ut intellegat quam dei dederit.
Numquid & hoc cum conatu intellegit quod tibi fieri non uis alii nefeceris
ut quia non uis pati iniquitatem non facias. Iniquitatem quia non uis pati
dolum. & insidias non insidieris alteri. Hoc autem cum non uis in
tellegere uoluntati tuae tribuitur. Ideo dixit iniustus ut delinquat
in semetipso. proposuit delinquere sed numquid proponit delinquere.
publicabo dicit. & non in semetipso. quare in semetipso. quia homo